

ut Joan. Andr. in cap. Rom. §. si autem n. 7. Archid. n. 11. Joan. Monach. 13. Gemini 7. Franc. §. de appel. in 6. Ab. in c. m. debitis in prin. n. 2. Franc. §. de appel. Felin. in c. super literis n. 17. de resc. & c. quoad consultationem 18. & seqq. de re jud. Imol. in l. creditor. §. justus, col. ante penult. vers. si vero queritur. ff. de ap. pel. Angel. in l. 1. §. interdum, n. 3. & 4. ff. quis & a quo Decius in c. ad nostram n. 10. de app. Rom. c. 3 34. circa fin. Franc. in c. consiluit, n. 3. & in cap. constitutus n. 17. de app. l. Cuma. consil. 66. Covarr. in pract. quest. 15. sub n. 1. & c. 23. n. 5. vers. secunda conclusio, & in terminis nostris DD. citati in d. c. Romana §. sin autem, & post. alios Tiraq. de pœnis temp. in prefatione n. 69. Contar. in l. unica Cod. si de mom. poss. lim. 3. à num. 42.

Et de aliis specialibus limitationibus, huic conclusioni quod in notoriis non licet appellari, de qua superiorius, videndus est Farinacius in pract. crimin. tom. 1. 62 q. 21. num. 117. ad fin. ubi quod ab excessu pœnæ datur appellatio in notoriis, item quod admittatur, quando delictum est manifestum, non autem notorum, & n. 121. ut etiam detur, quando iudici à quo superior inhibuisset, & alias limi. ibi n. 124. & seqq. & ipse in tom. 2. q. 101. c. 1. à n. 69.

Superioribus adde, quod cum per Doctores equiparentur, quem esse repletum in notorio, vel in flagranti crimine & sicut contra notorium delinquentem, ita etiam contra reum repletum in flagranti delicto, procedi possit juris ordine non servato, & ex abrupto, ita à lata sententia seu decreto contra reum repletum in flagranti appellacioni deferendum non esse quoad suspensivum, probant follet. in pract. crim. verbo item quod fuit captus in flagranti crimine n. 4. & 12. Vulpelanus consil. 137 à n. 8. & n. 24. & seqq. ubi latè de materia & qualitate hujus delinquentis, & de nonnulla declaratione hujus nostræ fallaciæ, videndus est Prosp. Farinac. 1. tom. q. 21. à n. 154. & seqq. & superiorius.

In omnibus tamen superioribus casibus quibus huicque retulimus à jure prohibitam esse, & negatam appellacionem, ut in convicto, & confesso, vel sponte confesso tantum, simonia, raptu, hæresi, seditione, insigni latrone, violentia, notoriis, & similibus, non procedit doctrina, imò super sedensum est diversimodo in sententiæ executione, quoties iudex superior ad quem iudicium est per appellacionem dubius an illam debent admittere, nec ne, & de hoc incipit cognoscere per in spectionem actorum; inhiberit iudici à quo, tex. in c. Romana §. sin. autem, de app. in 6. Hostiens. n. 20. Joan. Andr. 17.

Joan. Monach. 14. Archid. 9. & post n. 11. Gemi. 3. 4. & 5. Fran. §. pr. Card. in c. cum specia. §. porro, col. 2. vers. sed iudex ad quem, de app. ubi Abb. n. 6. Fran. n. c. & 7. Faber in l. 2. n. 3. C. quorund. app. Aug. ad Ang. de male. verbo presente de caso, & c. post n. 1. Marant. de ord. jud. 6. p. act. n. 2. n. 281. fol. 251. in parvis. Carrer. in pract. crim. 1. tr. de app. §. ultimus casus est n. 3. Follet. in pract. crim. part. 2. verb. & si consistebuntur n. 66. & in verb. pœnis debitis feriantur, n. 6. Gravac. in addit. ad Vestrium in prax. lib. 7. c. 3. n. 48. Covarr. var. q. c. 23. n. 5. ante si. v. quacumq. tamen in causa Baiard. ad Clarum q. 94. n. 13. ubi dicit, semper esse super sedendum in executione stante inhabitatione iudicis ad quem, quando dictus iudex sciens appellantem esse confessum, & convictum, inhibitionem expedivit (reprobatio Lanceloto contrariam tenente de arrent 2. p. c. 20. ampliat. 12. à n. 1.) idem quod Baiard. dicit Covar. loc. cit. Cartar. de executione sententiæ, l. n. 76. Fatin. 3. tom. q. 101. c. n. 109. & ad hujus materiam articuli vide differentem latè Lancel. de atten. 2. p. 11. lim. 50. n. 128. & seqq. & in 1. lim. n. 101. cum seqq. & lim. 53. & 54. & c. 20. ampliat. 1. & ampliat. 2. n. 7.

Quam doctrinam intellige, prout intelligunt, & loquuntur præcitati Doctores, scilicet, quando iudex superior incipit de causa & natura appellacionis cognoscere, & sic quando inhibuit præcedente causæ cogni-

tione, prout & nos probavimus 2. p. c. 10. à n. 23. & à n. 81. cum sequentibus, ubi de veritate hujus doctrinæ tractavi.

Desuper & secundò adverte, quod in omnibus præfatis casibus, quibus appellacioni deferendum non esse probavi hætenus intelligendi sunt, prout & ipsi Doctores intelligunt, quoad utrumque effectum, & devolutivum & suspensivum, cum simus in criminalibus, & pœnis corporalibus, & minimè retractabilibus (exceptis illis casibus, quibus specialiter diximus devolutione duntaxat appellacionem carere) ut procedat in illis appellacionis prohibitio respectu sententiæ diffinitivæ, secus interlocutoriæ quoniam à quocumque gravamine, sive qualificato, sive non appellacioni esse deferendum, quod ad utrumque effectum in causis, à quibus diffinitiva prohibetur appellari, quoad utrumque effectum, & devolutivum & suspensivum simul, probavi latè supra lib. 2. c. 6. per tot. ubi vide, non repeto.

An autem, & quando appellacioni Clerici traditi Curie seculari à sententia iudicis secularis interpositæ deferendum sit, latè examinat, & bene cum distinctione Bernard. Diaz. in pract. crim. cano. c. 141. n. 1. & 3. & ejus additionator Salced. litera A. qui latè prosequuntur videndi.



CAPUT XV.

A sententia lata partim in favorem alicujus, partim verò contra, à qua solus provocavit quatenus contra se erat, quoad cætera consentiens: an pro parte acceptata transeat in rem judicatam; ita ut à iudice eam exequente, appellacioni emissæ non deferendum, declaretur; & quid in via executiva.

SUMMARIUM.

- 1 Appellans à sententia quatenus contra se facit in cæteris articulis separatis, à quibus altera pars non appellavit, sententia transit in rem judicatam.
  - 2 A sententia continente diversa capitula separata una pars potest appellari limitatè, quatenus contra, & quoad cætera transit in rem judicatam.
  - 3 & 7. Alias contra partem non appellantem sententia transit in rem judicatam.
  - 4 Sententiæ tot sunt quot capitula separata in eadem sententia contenta.
  - 5 A sententia utraque partem gravante utraque pars tenetur appellare ab eo capitulo sibi gravante, quatenus contra, & c.
  - 6 Utraque appellat. limitata ab ea parte sententiæ quatenus contra, & c. suos de se operatur effectus.
  - 7 & 8. Appellatio emissæ ab uno capitulo, & per unam partem quatenus contra, non devolvit cætera capitula separata, sed transeunt contra non appellacionem in rem judicatam.
  - 9 & 10. Appellatio limitata quatenus contra, non suspendit jurisdictionem in capitulis separatis, à quibus neutra pars appellat. quominus executioni mittatur.
  - 11 Jurisdictio non est suspensa quoad ea, quæ non sunt in appellacione deducta. nec quoad personas in ea non comprehensas.
- Quo casu interim gesta non dicuntur attentæ, ibid.
- 12 Arbitræ per pronuntiationem in una causa seu articulo non perdit jurisdictionem in alia causa seu articulo.
  - 13 Iudex Ecclesiasticus vim non facit exequi capitula separata sententiæ, à quibus pars contra quam lata fuerit, non appellavit, cum transeat in rem judicatam.

- 14 & 24. Et quo decreti genere tunc utatur senatus regius aditus per viam violentiæ.
  - 15 & 16. Appellatio quâdo desinit, senatus regius illo semper utitur decreti genere, que non viene pro la orden y se le remite & c.
  - 17 Appellatio quando desinit, senatus regius non potest decernere, vim fieri, & reponi.
  - 18 Delatio supponit appellacionem tanquam subiectum necessarium.
  - 19 Appellacione limitata in capitulis separatis quatenus contra, non potest altera pars se juvare.
  - 20 Appellatio limitata limitatum producit effectum.
  - 21 Appellatus non potest adhaerere nec nisi appellacione limitata adversarij quatenus contra.
  - 22 Appellacione pendente limitata quatenus contra, à capitulo separato non suspendit executionem in alio capitulo separato non appellatio, quia appellatio est in una causa, executio vero in alia.
  - 23 Nec gesta dicuntur attentata, si desinit appellatio nec pars altera pro illorum revocatione instans est audienda.
  - 25 Pars que omisit appellare à capitulis separatis, de quorum executione tractat iudex, non poterit post decem dies ab eorum executione appellare.
  - 26 Et si hac causa ad senatum per viam violentiæ probatur executatus, decretum vim non fieri, reportabit.
  - 27 Sententia in via executiva lata partim pro actore, partim contra, à quo solus appellat quatenus contra, prioris capitulum separatum, à quo neutra pars appellavit executioni mitti.
  - 28 Et etiam si reus executatus ab illo capitulo separatio, quod contra se facit, appellat, quia nihilominus intus executivis executio illius faciunda est, & de ratione.
  - 29 Appellatio interposita per utramque partem ab eadem sententia quatenus contra, si finis in alimentis, & similibus privilegiatis, capitula separata pro actore mittentur executioni non obstante appellacione rei.
  - 30 Separatorium separata est ratio, nulla sue conjunctio.
  - 31 A separatis & diversis non fit illatio.
  - 32 Diversa illa judicantur, quæ diversitate factorum separationem recipiunt.
  - 33 Et qui non impediunt in aliquo negotium principale.
  - 34 & 35 Exceptionibus moderantibus sententiam ferendam non admissis potest appellare, nihilominus poterit profecti in causa principali tanquam separata ubi de exemplis & ubi de ratione.
  - 36 Appellatio à causa conventionis non devolvit causam reconventionis, sed coram iudice à quo hac erit tractanda.
  - 37 Appellatio interposita à sententia delicti suspendit jurisdictionem in alia causa, secus in sententia ordinarij.
  - 38 Connexa capitula dicuntur, quæ ex continentia factorum separationem non recipiunt.
  - 39 Connexa capitula, seu separata que dicuntur, remissive.
  - 40 Appellatio quatenus contra, & limitata devolvit omnes alios articulos connexos.
  - 41 Appellacione limitata à quibusdam articulis quatenus contra, pendente, iudex à quo non potest alia capitula, connexa tamen exequi, etiamsi non appellatur ab illis.
  - 42 Connexa unum reputantur, individuum ratione connexitatis.
- Redduntur exemplum, ibid.
- 43 Appellatio quatenus contra, tunc devolvit totam causam in connexis, quando sententia in uno capitulo parit exceptionem erit judicata in alio.
  - 44 Appellacioni limitata quatenus contra, erit omnino deferendum in cæteris capitulis connexis, licet non appellatis, alias vim fieri declarabitur.
- Que doctrina procedit etiam in via executiva, ibid.
- Salgado de protect. Reg.

- 45 Appellacione limitata quatenus contra, in articulis connexis potest adversarius se juvare, & ejus virtute Regem adire, ne in connexis non appellatis iudex exequatur.
- 46 Gesta à iudice à quo tangenti articulum à quo est appellatum, ut attentata sunt omnia revocanda.
- 47 Inhibitio à superiore emanata vigore appellacionis limitate an iudicem officiat, ne ultra procedat in cæteris articulis separatis à quibus non est appellatum remissive.
- 48 Appellacionis, si & quatenus contra, effectus, remissive.
- 49 Appellante utraque parte ab eadem sententia quatenus contra, quis iudex de causa possit cognoscere, & an diversi pro singulis appellacionibus queant impetrari, remissive.
- 50 Appellans quatenus contra altera parte non appellante, an & quando possit suæ appellacioni renuntiare, sive in articulis connexis, sive separatis, sive intra terminum, sive extra illum, remissive.
- 51 Appellatio ab interlocutoria an & quando devolvat totam causam tam in articulis connexis, quam separatis, remissive.

Sæpe dubitari contingit: an sententia pro aliquo in parte & pro parte contra ipsum lata, à quo solus appellavit in quantum contra se faciebat, & in quantum pro se illam acceptando, esset pro illa parte vel tota, seu in totum per ipsam appellacionem suspensam: ita ut non possit pro alia parte acceptata executioni demandari, quia si utraque pars appellasset, non esset dubium, quod tota suspensa fuisset, sed quando unus tantum appellat, quæstio est, & difficultas nostra,

Quam ut facile queas evitate, duos distingue casus, nam aut appellatur à sententia continente diversa, & separata capitula, aut continente unum, duo, plurave connexa. In primo casu, quando unus solus provocavit ab ea parte sententiæ, quæ contra eum facit, & sit capitulum separatum, cætera verò sententiæ pariter separata consentiens, quoad hæc capitula separata à quibus neutra pars provocat, transeat in rem judicatam, contra alium, qui non appellavit, gl. celebris in l. ampliorum, verbo judicatis, c. de app. B. l. ibi in 2. col. tex. in c. Raynat. & Raynal de rest. facit etiam text. & ibi gl. 2. in c. signifi. caverunt de except. Fel. in c. 1. col. 2. vers. 2. l. de manuis petiti. & in c. cum. Joan. ubi Abb. de fide instrum. n. 20. & in d. c. si significaverunt n. 3. post Bar. Bal. Immol. Ab. & Butt. l. c. per eum allegatis, optimè & latissime per Philipp. Franc. in c. si duobus, post pr. vers. circa vert. am. casum & n. 8. de app. Ozic. dec. Ped. dec. 142. n. 27. Faber & Sallie. in d. l. ampliorum. Bar. consil. 150. & per eos Parlad. lib. 2. rerum quoti. c. fi. §. p. 12. n. 6.

Et quod à sententia continente diversa capitula separata, pars una appellet limitatè quatenus contra, illa appellatio valeat pro illa parte & capitulo limitato, & pro reliqua parte & capitulo, in quo non est appellatum, sententia transeat in rem judicatam, tenet sequitur Philip. Franc. in d. c. si duobus n. 8. 9. & 10. Scac. de app. q. 17. lim. 21. sub n. 19. & iterum q. 10. n. 7. ubi quod hoc casu est necesse, ut utraque pars appellet, alias sententia transeat in rem judicatam contra non appellantem, Franc. in d. c. si duobus n. 6. vers. circa tertium, & n. 11. & ibidem Card. Alex. sub n. 11. vers. aut pars in fi. & vers. aut sententia, Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. litera A. concl. 366. n. 1. & 6. & par totum concl.

Et ratio hujus est, quoniam sententia, quæ continet diversa capitula, & separata, tot sunt sententiæ quot sunt capitula separata, l. quædam mulier ff. familia cresci. Camellia Pia ff. de jure patroni. etiam §. ex causa, ff. de minor. gl. in verb. eadem in c. 2. de ordine cognitio. Barbat. consil. 70. col. penult. in fin. vers. & ideo dicimus lib. 1. Paris. post alios in consil. 66. videtur lib. 1. Casar. Contar. in l. R. r. nuic.



unic. lim. 1. n. 3. C. si de momen. poss. Philip. Franc. in d. c. si duob. n. 8. versio secundo queritur de app. Papiens. in praxi n. form. appell. a sent. diffinit. in gl. occasione cuiusdam sub in. 4. fol. 408. Scac. de app. q. 17. lim. 2. 1. sub. n. 191. & q. 10. sub n. 7. & ipse post Rotæ pecisionem in l. 1. casuarum civil. & crim. c. 7. n. 706. Card. Rufe. pract. concl. litera S. concl. 164. per totam, & vide eundem 1. tom. litera A, concl. 366.

à quibus altera pars, in cujus præjudicium pronuntia- ta sunt, non appellavit, & adversarius consentit, appel- lans simul ab eo, quod contra se fertur, etiam hac ap- pellatione pendente, cum illa transeat in rem judica- tam, nec suspensa sit iudicis à quo iurisdicatio, in hoc casu supremum tribunal aditum per viam violentiæ. ita declarabit, vim non fieri, vel potius, & proprius de- cretum erit, ut causa non venit per ordinem debitum solitumque; hoc est, que no viene por la orden y se remitte al juez, &c. quod verum est quando ipse conque-rens vult se juvare appellatione adversarii limitata, & ejus virtute ad supremum tribunal confugit pro tol- lenda violentia, quæ nulla adest hoc casu: quo decreti genere semper est utendum, quoties deficit appellatio quoniam in hujusmodi executione non datur attentatum, quod ultra superius dicta probatur; etenim deficit appellatio ab ipsis gravaminibus, seu capitulis separatis de quorum executione tractatur, imò expressè adver- sarius eis præstitit consentum, & etiam tacite per par- tem non appellantem, juxta jura vulgaria, qui appella- tionis de factis attentata excludunt, non solum de app. lib. 6. l. 1. tit. 100 ff. nihil novari appell. pend. nec tribu- nalia possunt vim fieri non deferendo appellationi de- clarare, cum appellatio non adit, in qua tota violentiæ cognitio, & fundamentum consistit ex iuribus & legibus Regis, iisve aliis, quæ latè diximus supra 1. p. c. 1. & c. 2. n. 64 & ut dicit Lanc. de attent. 2. p. c. 12. lim. n. 28. quod delatio præsupponit appellationem, tan- quam subjectum necessarium, cui deferri possit, ubi il- lud probat, quod delatio appellationis ab articulis se- paratis non suspendat iurisdictionem in aliis articulis separatis.

ut in alio articulo diverso non appellato, non inducit attentatum quia appellatio est in una causa, executio verò in alia causa. Sequitur Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. & eodem c. 12. lim. 44. ubi dicit quod ap- pellatione interposita per unum in parte, & partibus, quatenus contra eum tacentibus, ut si is, qui non ap- pellavit, nec causam committit, præterdat, aliquid pendente dicta appellatione adversarii fuisse attenta- tum, & inter pro revocatione; non sic audiendus, quia non potest dari revocatio, nisi detur appellatio, nec ille juvatur ex dicta appellatione limitatè interjecta per adversarium ab eo, quod contra se faciebat ex Phi- lip. Franco ubi supra, cujus autoritate ita fuisse aliàs tentum in una Venetiarum Monasterii 24. Februarii 1584. coram Novaca, quæ est decisio inter recolletas per Puteum 14. incipit commiss. sub rubr. de appell. & se- quutus Lancel. idem, licet obiter, tenet, Scaccia tractat. de appell. q. 17. lim. 2. 1. sub n. 23. ante medium, & quod sententia continens diversa capitula, si quoad quadam est appellatum, quoad alia transeat in rem judicatam, ita ut possit exequi quoad rem judicatam, tenet Car- din. Tut. pract. concl. tom. 1. litera A. concl. 366. n. 6. ac propterea cum deficiat isto casu appellatio, & id evi- denter ex eorum actorum inspectione appareat, potius & proprius decretum erit concedendum in supremo tribunali, adito, per hanc viam recursus, & violentiæ, scilicet, non venire causam per ordinem debitum solitu- tum que, ut similibus casibus, quibus deficit appel- latio, declarari solent, cum sit causa finalis, & materia- lis, ac fundamentum etiam, ipsa appellatio, quia ista diversitas, & separatio casuarum, & articulorum præ- supponit necessario, quod in una causa, seu articulo sit interposita appellatio, in alio verò non, ut optime colligitur ex Partio conf. 66. viderur, lib. 1.

Attamen cum ipsa pars que intra terminum ad ap- pallandum à prædictis gravaminibus, & capitulis sepa- ratis, de quorum executione tractat iudex, non provo- cavit, id tandem facere memor sit ab eorum executione; audiendus non est, nec tali appellationi deferen- dum, quoniam cum a sententia translata in rem judi- catam non liceat appellari, ita nec ab ejus executione, l. ab exco. ff. de appell. ab executione C. quorum app. non recip. l. quoniam iudices, C. de app. de quo latè supra diximus 2. p. c. 3. à princ. & infra à 4. p. c. 1. & c. 3. nec tunc etiam hoc casu appellationi denegans delationem, ju- dex violentiam commisit, apparet, acideo si pars vi- gore hujusmodi appellationis à se interposita à iudice procedente, & exequente articulum separatum transla- tum in rem judicatam ad senatum confugiens, decre- tum reportabit negativum, nempe, vim nullam com- mittere iudicem, eique causam iterum remittendam.

Et horum argumento resolvit Parlador. lib. 2. verum 27. quori c. si. 5. p. 9. 12. n. 6. circa vias executivas, quod sententia lata partim pro creditore, petente executionem virtute alioque instrumenti gaurentiati, puta; partim verò adversus reum, appellat igitur creditor quatenus adversus se facit dicta sententia, quatenus vero pro se facit consentiens, ut iudicatis pareatur, peti: qui quid- dem omnimodo audiendus est, ex ipso parladorio; dicta sententia diversa contineat capitula: in iis quæ pro actore creditore faciunt, executioni mandanda sit, aliorum ex autoritatibus allegatis superius motus.

Et illud specialissimum adverte in esse executivis, ut cum sententia executioni locum esse declarat, non obstante appellatione ab ea per debitorem interjecta, sit executioni demandata, præfata Parladorij doctrina locum adhuc habebit, etenim debitor pariter appel- laverit ab ipse sententia, quatenus contra se facit dif- ferentiam iudiciorum ordinariorum admittentium appellationem, nec executionem postulantium, nisi prius transeat in rem judicata, in quibus si utraque Salgado de Protect. Reg.

pars appellat ab eis capitulis adversus eam facientibus, totius sententiæ effectus suspenditur, & tota cau- sa ad superiorem devolvitur, prout loquuntur Docto- res huc usque allegati, at in viis executivis, cum etiã sit sententia non transeat in rem judicatam, nec id ex- pectetur ad eam exequendam, nec appellatio etiam à tota sententia emissa, illius effectum suspendat, pariter & eodem modo nec appellatio per creditorem ab ar- ticulo separato, ac ideo sive creditor dumtaxat provo- cet, ab hujusmodi sententia, quatenus contra se facit, sive etiam debitor ex eadem causa: mandari debet exe- cutioni sententia pro illa parte, & capitulis, à quibus debitor appellat, cum in favorem actoris lata sit, & hoc advertit etiam Parlador. ubi supra, licet non de- clarat ita, sed loquatur aliquatenus sub verborum con- fusione & inter dentes. Et ex eadem ratione idem in- telligo, & extendo ad alia iudicia sui natura inappel- labilia scilicet privilegiata, & executionem merentia, ut in sententia alimentorum, & similibus, & hoc casu, cum scilicet adest utriusque partis appellatio interjec- ta per debitorem, seu alias reum, deferendum non est: nec in tribunali adito per viam violentiæ, declarabi- tur non venire per ordinem solitum, cum ad sit appel- latio: sed directò primum genus violentiæ, puta, vim non fieri, concedetur.

Et huc hucusque directa corroborata quoniam separa- torum separata est ratio, nullaque conjunctio. l. si mari- tus 1. C. de donat. inter vir. & uxor. c. inquisitioni. de app. 3. text. in c. Raynal. de testam. ne separatis, & diversis sit latio l. Papiantus exuli. ff. de minorib. cum similib. & illa dicuntur inter se diversa, quæ diversitate factorum se- parationem recipiunt, ut post Bar. & Bald. in l. 1. Cod. si unus ex pluribus appell. Bar. in l. Aurelius §. idem qua- sit. in ff. de liberat. legat. Rom. in caus. 300. in casu pro- posito in si. Felin. in c. significaverunt, col. 3. sub n. 9. vers. præterea non video. de except. & facit text. in l. amplio- rem. in princ. & ibi Bal. & Salic. C. de app. l. etiam 1. §. 1. ff. de minor. l. quadam mulier. in si. & ibi Floria de sancto Petr. ff. familia heredit. latè Boer. dec. 73. n. 4. Alex. in conf. 89. diligenter n. 10. lib. 1. dicit, ea dixi, quæ non habent in aliquo impagnare, aut impedire negotium principa- le, Philip. Franc. in c. super eo el. 1. de app. in prin. illud; constituentes exemplum, si contra libellum actores ap- ponatur exceptio, quæ concernat moderationem sen- tentiæ ferendæ, ut puta, si non neget, eum esse debito- rem, sed dicat, se non teneri, nisi in quantum facere po- test, quia si à non admissione hujus exceptionis appel- latur, appellatio dicitur esse in causa separata. Alia etiam elegantia exempla constituit idem Philip. Franc. in d. c. super eo, quod sequutus à Lanc. Rober. de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. n. 7. & segg. ut scilicet, si sit rejecta ex- ceptio compensationis, & à rejectione appellerur nam potest, nihilominus, procedi in causa principali, vel hæres opponat exceptionem inventarii, vel maritus, seu donator exceptionem, ne conveniantur, ultra quam facere possint, vel appellerur à condemnatione ex- pensarum in aliquo articulo ratione contumaciæ.

Et in similibus casibus, si ob rejectionem appellerur, potest nihilominus procedi in causa principali, cum his casibus appellationes interpositæ non contradicant, nec directò impugnent sententias, in causa principali ferendas, pariter potest procedi in principali non obsta- tante appellatione tanquam interposita in causa sepa- rata, ex eisdem Doctoribus.